



**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

110. An Vicarius habens etiam speciale mandatum ad exprimendas certi
generis causas possit se dein intromittere in causa illius generis commissa
specialiter ab Episcopo Vicario alicui foraneo seu ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

trimoniales, & similia sunt s^ep^e mera gratia, & tamen plures sentiunt, h^ac fieri posse a Vicario sine speciali mandato. Engels l. cit. Unde is aliam videtur regulam statuere ex Sanch. de matrim. l. 3. d. 59. q. 2. num. 1. & seq. dum ait: quodcum, cum Vicarius utatur jurisdictione, & tribunal Episcopi, regulariter quae conceduntur Episcopo (intellige de iure communis, & non ex speciali aliqua commissione aut statuto) etiam vicario concessa intelligantur (uti & is, & Capitulum Sede vacante in ijs, quae pertinent ad jurisdictionem, nec competent Episcopo jure aliquo speciali, continentur appellatione Episcopi. Fagn. in c. quoniam. de off. deleg. num. 41.) nisi fuerint specialiter in iure excepta, vel sint res arduae & magis prejudicia, quae verisimiliter Episcopus nollet sine suo preficit expedire. Verum de his statuas melius ubi singula, de quibus dubium esse potest, an requirant specialem commissionem, speciatim examinabuntur in sequentibus quest.

Quæstio 108. Nunca, que sunt meri imperii, transcant in Vicarium sine speciali mandato?

R Espondeo: primò per modum notabilis, Episcopum habere merum & mixtum imperium. Sbroz. l. 2. q. 5. n. 1. merum autem imperii & mixtum secundum Canones comprehendere omnia jura Episcopalia, tā ordinis quam dignitatis & jurisdictionis. Sbroz. ibid. num. 3. citatis Abb. in c. quod sedem. de off. Jud. ordin. n. 4. & seq. Covat. l. 3. var. refol. c. 20. n. 2. ac denique non prohiberi Vicarium exercere, pleraque jura Episcopalia sine speciali mandato. Sbroz. l. cit. num. 3. in fine. His suppositis,

2. Resp. secundò non convenire in hoc p^uncto AA, nam in Episcopi Vicarium non transferri merum imperium sine speciali mandato, tenent apud Sbroz. l. cit. n. 1. Alex. in l. 1. ff. de off. ejus. n. 71. & 74. juxta c. 2. de off. Vicar. in c. Gl. in c. quod translationem. de off. legat. v. reservata. circa medium. Abb. in c. 1. de off. Archidiac. n. 2. Bero in c. cūm omnis. de confit. num. 48. &c. verum melius astruit Sbroz. a num. 4. cūm plures sint gradus tam meri quam mixti imperii, tam de iure civili quam canonico, plures eorum transfire in Vicarium ex generali Vicariatus commissione. v. g. excommunicare, quod est meri imperii, ut Holtiens. in c. postulati. de off. ordinari. Innoc. in c. transmissam. delect. nisi forte exercetur in favorem privatum in casu, quo delegatus vult excommunicare impedientem jurisdictionem; quia tunc esset mixti imperii, ut Menoch. tract. de arb. Judic. l. 2. casu 438. in fine. centur. 2. Item cognoscere causas civiles, beneficiales, sententiam exequi, restituere in integrum, instituere prefectoratos, &c. Sbroz. num. 8. quae sunt mixti imperii, ut apud eundem Abb. in c. si quis contra. de foro compet. num. 2. Speculat. tit. de jurisdict. omn. Judic. num. 29. & 30. E contra plures sunt gradus tam meri quam mixti imperii, quae sine speciali mandato non transcant in Vicarium Episcopi. Sbroz. num. 10. sic depositiones, degradations, consecrations, & ea, quae sunt ordinis Episcopalis, sunt meri imperii, ut Abb. in c. quod sedem. num. 8. Speculat. l. cit. num. 28. Bertach. de Episc. l. 4. tit. de vita Episc. num. 15. & ea sine speciali commissione exerceri nequeunt a Vicario. Item suspendere perpetuo, conferre beneficia sunt mixti imperii, & Speculat. l. cit. num. 29. Abb. l. cit. apud Sbroz. num. 12. & h^ac pariter sine speciali mandato Episcopi exerceri nequeunt a Vicario.

Quæstio 109. An speciale mandatum datum Vicario ad cognoscendam vel expediendum certi generis causas vel negotia sufficiat, ut dein Vicarius commissam seu delegatam Episcopo a Papa causam istius generis expedire valeat?

R Espondeo negativè. Sbroz. l. 2. q. 45. num. 1. ubi etiam ponit istius rei exemplum, dum ait: speciale mandatum Vicario ad cognoscendum causas matrimoniales non erit sufficiens ad illas (nempe matrimoniales) cognoscendas, quae Episcopo delegata sunt. Pro quo citat DD. in Clem. 2. de rescrip. Bertach. de Episc. p. 7. l. 4. q. 4. Felin. in c. at si Cleric. de judic. n. 21. Abb. in c. quoniam. de offic. deleg. &c. Item speciale mandatum Vicario ad dispensandum, non prodest eidē in causis dispensandi a Papa demandatis Episcopo. Neque etiam extenditur ad causas futuras seu demandandas Episcopo; cūm potestas & jurisdiction, quae non est, Vicario committi nequeat. Sbroz. l. cit. n. 2. uti & l. 2. q. 133. num. 2. ubi pro hoc citat Felin. in c. eam re. de rescript. n. 17. Pavini. de potest. capit. sed. vao. p. 2. q. 10. n. 35. Cuch. Instr. Jur. Can. n. 115. &c. plura de his paulo post, ubi in specie de potest. Vicar. ad dispensandum, ad cognoscendas causas matrimoniales.

Quæstio 110. An Vicarius habens etiam speciale mandatum ad exprimendas certi generis causas possit se dein intromittere in causa illius generis commissa specialiter ab Episcopo Vicario alicui foranco seu speciali?

R Espondeo negativè. Sbroz. l. 2. q. 139. num. 2. citans Gemin. in c. licet. de off. Vicar. in c. n. 13. contra Bero. conf. 22. n. 40. vol. 1. hoc nixum fundamento, quod talis Vicarius specialis sit deputatus cumulative, non privative. Verum probatur responsio hac ratione, quod Episcopus delegando aliqui alteri causam aliquam, videatur eam abdicare seu subtrahere a Vicario suo generali. Sbroz. cit. q. 139. num. 3. citatis Innoc. in c. Romana. de appellat. Franc. in c. dilecti. eod. tit. q. 2. Bertach. de Episc. l. 4. p. 1. num. 25. in fine. Eandem rationem proponit Sbroz. l. 2. q. 174. num. 8. ubi ex Abb. in c. si quis contra. ubi quod Episcopus uni committendo causam in Specie derogare videtur jurisdictionem, & ita suspensa eius jurisdictione quod ad illam causam gesta per illum in ea erunt nulla. Quod etiam faciunt, quod Episcopus avocare possit causam a suo Vicario, eique interdicere, ne in ea se intromittat. Sbroz. cit. q. 174. num. 6. juxta dicta a nobis supra. Et sic quoque non prohibetur Episcopus causam avocatam a suo Vicario delegare Vicario alterius Episcopi, si ultra consensum committentis ad sit consensus commissarii & partium Sbroz. l. 2. q. 41. n. 1.

Quæstio 111. An Vicarius sine speciali mandato procedere possit in iis casibus, in quibus a Tridentino tribuitur potestas Episcopo tanquam Sedis Apostolice delegato?

R Espondeo primò. Dum tribuitur ei a Tridentino jurisdiction & facultas in iis, in quibus etiam ante Tridentinum jure ordinario eam habebat, potest Episcopus, et si constitutatur etiam in iisdem Sedis Apostolicae delegatus, procedere quicunque ut Ordinarius, & videtur potius excitata jurisdictione ei prius competens quam nova concessa. Fagnan. in